



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Expositio litteræ Articuli

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

sed sunt intellecta conficiantur, sed iste modus quod aliquis elevatur ad divina cum abstractione à sensibus, non est homini naturalis.

AD SECUNDUM dicendum, quod ad modum & dignitatem hominis pertinet, quod ad divina elevatur, ex hoc ipso quod bono factu est ad imaginem Dei. Et quia bonum divinum in infinitum excedit humanae facultatem, indiget homo, ut supernaturaliter ad illud bonum capescendum adjuverit, quod sit per quodcumque beneficium gratia. Unde quod sic elevatur mens à DEO per raptum non est contra naturam, sed supra facultatem naturae.

AD TERTIUM dicendum, quod verbum Damasceni est intelligendum, quantum ad ea que sunt per hominem facienda. Quantum vero ad ea, que excedunt liberi arbitrii facultatem, neesse est quod homo quadam fortiori operatione elevetur: que quidem quantum ad aliquid potest diu coadiu, scilicet accendatur modus operationis: non autem si attendatur terminus operationis in quem natura hominis, & ejus intentione ordinatur.

EXPOSITIO littera Articuli.

Prima Conclusio. Raptus, est quædam elevatio ab eo quod est secundum naturam, in id quod est supra naturam, vi superioris naturæ contingens. Unde raptus violentiam imporrat, & ideo oportet quod ille, qui raptus, ab aliquo exteriori rapiatur, in aliquid quod est diversum ab eo secundum suam propriam inclinationem, vel voluntariam, vel naturalem.

Secunda Conclusio. Dupliciter potest aliquid tendere in id quod est diversum à sua inclinationes uno modo quantum ad finem, sive terminum inclinationis, ut si lapis projiciatur sursum, cum naturaliter inclinetur ut feratur deorsum: ratio modo quantum ad modum tendendi, v.g. si lapis velocius projiciatur deorsum, quam sit ejus motus naturalis.

Tertia Conclusio. Juxta hunc duplēcēmodum potest hominis anima dici rapi in id quod est præter naturam. Uno modo quantum ad terminum raptus, v.g. si rapiatur ad peinas, secundum illud Psalmi 49. Ne quando rapiat, & non sit qui ripiatur: alio modo quantum ad modum homini connaturalem, qui est, ut per sensibilia intelligat veritatem, & ideo quando abstrahitur à sensibili apprehensione dicitur rapi, etiamque elevatur ad ea, ad quæ naturaliter ordinatur.

Quarta Conclusio. Hoc iuxta abstractio à sensib⁹ potest ex triplici principio, sive causa contingens. 1. Ex causa corporali, sicut accidit in his, qui propter aliquam infirmitatem alienationem patiuntur. 2. Ex virtute diabolica, sicut patet in areptitio. 3. Ex virtute divina, & sic loquimur in præfeti de raptis, cum scilicet aliquis Spiritu divino elevatur ad aliquam supernaturalem cum abstractione à sensibus.

Quinta Conclusio. In solutio ad 2. Ad hominis dignitatem pertinet ex hoc ipso quod factus est ad imaginem DEI, quod ad divina elevetur, & quia bonum divinum in infinitum excedit humanam facultatem, indiget homo, ut supernaturaliter ad illud bonum capescendum adjuverit, quod sit per beneficium cuiuscumque gratiae divinae, unde si, quod elevatio mentis nostre à DEO facta per raptum, non est contra naturam, sed supra facultatem naturae.

OBSERVATIONES circa hunc Articulum.

Primum colligitur ex hoc articulo, quod homini operatio propriè in hac vita, est intelligere mediante imaginatione, & sensu, unde originatio ejus, quæ solis intellectu aliis inheret, omnibus insensib⁹ partibus praetermissis non est ejus in quantum est homo, sed in quantum aliquid in eo divinum existit: ut dicitur 10. Ethic. operatio vero, quæ solis sensibus inheret, præter intellectum, & rationem, non est ejus in quantum est homo, sed secundum naturam quam communicata cum bruis, tunc igitur homo fiat à naturali modo sua cognitionis transmutatur, quando à sensibus omnino abstractus, ad aliquam præter sensum inspicienda, virtute divina elevatur, in quo refe D. Thoma de veritate q. 13. art. 1. in corpore. Veda.

Secondo colligitur ex mente ejusdem D. Thomæ de veritate, ubi supra ad 1. quod cognoscere DEUM conningit multipliciter, scilicet per essentiam, & per res sensibiles, aut etiam per effectus intelligibiles; Varijs similiiter etiam distinguendum est de eo, quod est homini naturale, id est, conforme ejus naturæ: Unus ab eis, & eidem rei est aliquid contra, & secundum naturam, secundum ejus statu diversos, eo quod homine non est eadem natura rei, dum est in fieri, & dum est in perfecto esse, ut dicit Raby Moses. Sicut cognoscere quantitas completa est naturalis homini, cum ad perfectam perseverit etiam; et ei autem contra naturam, poteſt mutantur pueri, si in perfecta etate nascetur. Sic igitur dicendum est, quod intelligentia humanae est, & secundum qualibet statum est naturale aliquo modo cognoscere DEUM, sed in sui principio, scilicet quomodo in statu via est ei naturale, quod cognoscit DEUM per creaturas sensibiles. Est etiam ei naturale, quod id est perveniat ad cognoscendum DEUM per seipsum in sua consummatione, scilicet in patria. Et si in statu naturale, via elevertur ad hoc quod cognoscit DEUM, secundum statum patriæ, hoc erit contra naturam, sicut esset contra naturam quod puer mox natus haberet barbam.

Objec. Prius est anima in se considerata secundum quod spiritus dicitur, quam prout est conjuncta corpori, secundum quod dicitur anima, sed anima in quantum est spiritus proprius ejus actus est cognoscere DEUM, & alias substantias separatas; in quantum vero est corpori conjuncta ejus actus est cognoscere res sensibiles; ergo prius est anima cognoscere intelligibilia, quam sensibilia, si igitur utraque cognitionis est animæ naturalis, non erit præter naturam, quod à sensib⁹ abstrahatur,

Huic objectioni respondet, quod illud quod est prius in intentione nature, est posterius tempore, sicut se habet actus ad potentiam in eodem susceptibili, quia esse in actu, est prius a natura, quam vis una, & eadem res prius tempore sit in potentia quam in actu. Et similiter operatio animæ in quantum est

Operatio
nem bo-
mine,
quomodo
fiat di-
flinguen-
da.

Objec.

Repons.

Ipi-